Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De legibus - Cod. Ettenheim-Münster 220

Münzer, Franz

[S.l.], 1715

Sectio 5ta

urn:nbn:de:bsz:31-122324

Visual Library

Sectio sexta.
De Privilegiis.

Ultimam hanc tractatus de legibus sectionem de privilegiis inscribere placuit, 216.
ne dictis nostris aliquid deceat a D. T. tradi solitum, unde gsi pro supple-
mento hoc sectio ceteris apponitur, in qua, quae de privilegiis communia
sunt breviter expliciantur. Est autem privilegium ut dicit Angelus verbo privilegium
quod aliquid geditur contra iura, unde gsi privata lex dicitur ut patet 3tia
distinctione Canone privilegia si vero aliquid geditur quod sit praeter ius communem sine
praeiudicio alterius sic proprie dicitur beneficium non privilegium. privilegium
aut aliud est reale quod scil. rei v.g. Ecclesiae Civitati, dignitati, loco,
aut personis ratione loci aut rei tribuitur, et hoc privilegium eo usque durat
quo res cui datum est pereat, nisi aliud in forma privilegii exprimatur. aliud
est personale, quod scil. non loco sed personae immediate tribuitur, et hoc 3plex est
unum singularitur personale ut illud, quod per se alicui vel aliquibus personis deter-
natis et expressis earum nominibus geditur, neque in alios nisi per accidens
quia v.g. sunt de familia earum redundat, v.g. Titio do privilegium
ut in domo sua tempore interdicti solemnia celebret. alterum est communiter
personale quod geditur personis non expressis earum nominibus huiusmodi sunt privilegia
data minoribus aut impuberibus. 3tium est corporale quod corpori
aut communitati alicui confertur v.g. toti ordini. solet alia ratione privilegium
distingui in tale contra ius et tale ultra ius, quo posteriori illud bene-
ficium, sed cum antea diximus beneficium non esse proprie privilegium, hoc
distinctio parum est attendenda nisi in hoc quod privilegium proprium tale
seu illud quod est contra ius, cum sit exorbitans a iure, sit stricte in-

terpretatus, ergo tra beneficium cum sit gratia lata interpretatione merentur, nisi tamen in alterius praeiudicium tendat, vel scandali occasionem praebeat, tunc enim restringendum est quia odiosum, minus etiam ampliandum est si proprio motu principis, quam si detur ad instantiam petentis ut docet Laym. de legibus c. 23.

217. Privilegia autem dare possunt quicunque et quotcunque constitutiones et leges facere possunt, cuius enim est dispensare et a lege eximere, a cuius arbitrio legum pendet obligatio: sed tamen non aequaliter privilegia suum sortiuntur effectum, nam privilegium motu proprio gressum non ante suum sortitur effectum, quam privilegiato innotuit, ut communiter tenent SS. et ideo si priusquam innotuit, revocetur ad ante illud non tenet saltem ordinarie vide Laym. l. cit. n. 9. ergo tra privilegium quod in gratiam petentis per litteras vel procuratorem geditur, statim suum effectum sortitur etiam ignoranti eo qui postulavit, tacita enim acceptatio petentis reputatur resultare, quam primum privilegium illud emanat eo quod petebatur et id vel maxime locum habet, quando privilegium huiusmodi petitur propter merita, pericula sustenta, exantlatos labores, unde patet quia etiam aliud privilegium est ex mera gratia dantis, aliud etiam ex meritis petentis, et iterum aliud esse potest ex imposito futuro onere ut sic aliquid agatur, possunt etiam priligia dari extraneis qui subditi non sunt sic etiam constat Imperatorem extraneis privilegium dare posse in terris Imperii vectigal non solvendi.

218. In explicandis privilegiis tenor et forma privilegii in primis servanda est

ubi clara sunt verba, ubi autem verba sunt ambigua ad mentem potius quam verba
privilegii respiciendum est gerentis, et si fuerit contra ius commune adeoque
exorbitans et odiosum, stricte est interpretandum, si vero sit favorabile
nec contra ius commune adeoque beneficium magis quam privilegium, amplius est inter-
pretandum ut supra diximus et hoc praecipue, si concessione quam de bono commu-
ni aut animarum saluti salubrem contineat. Caeterum privilegia variae cessant
primo quidem quoddam sub qua datum est pereunte hinc si cui ad dies vitae gerentis
privilegium datur, in morte gerentis privilegium expirat, id est si tempus
pro quo datum est elapsum fuit. 2do cessat privilegium, quando de aequo ob
circumstantias sit iniquum, aut in ipsius privilegiati maius detrimentum cadere
incipiat, sed tamen arbitrio quia in hoc casu non cessat absolute, sed tantum ad tempus
domini aut iniquitatis, nisi esset privilegium quod per solum non usum amittitur, amit-
tuntur autem per non usum privilegia aliis onerosa quando contra eos praescribitur,
elapso scil. inter praesentes decennio, et vicennio inter absentes, ut cum commu-
ni docet Lagm. l. cit. 3tio cessat privilegium per revocationem Dantis, 4to.
per libera renuntiationem eius qui habet privilegium, et haec difficultate non habent
ac in quibusvis auctoribus de hac materia tractantibus facile inveniri et illegi possunt,
quae per examinandae materiae de privilegiis ductus non immoror, sed ut tempori
cartho et iusto vestro Auditores Rr. atio post exantlatos labores citius
paream non solum de privilegiis sed universae de legibus materiam in honore
supremae divinae potestatis, eiusque universalis Dominii in omnia creata humile
protestatione cuncta dicta et scripta infallibili Ecclesiae s. iudicio devote
subiiciens finio.

Die 26. Aprilis 1715.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST